



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 96. Bernardi Tarlati fata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**S**ecul. XVI. vori summopere commendabatur, Leon-A.C. 1520. ardus rem indignatus, cubicularium ter-vis oculis aspiciens, facesse, inquit, protinus e conspectu meo scelestè, qui tantum nefas mente concipere ausus sis, ut pluris esse apud me ponderis fratris affectum, quam justitiae studium suaderes; hominemque eo ipso temporis momento domo ejecit. Romæ mortem subiit Leonardus juxta quosdam prima Novembris, juxta alios vero vigesima septima Septembris die, & sepultus est in Ecclesia apud S. Mariam Magorem; cuius obitum pauperes diu multumque luxerunt.

### §. XCVI.

#### *Bernardi Tarlati Cardinalis fata.*

*Ciacen. in Leon. X.*

*Ant. Sando-val. in elog. Card.*

*Jacob. Nar-di & Scirio. Amirot. in hist. Fiorent.*

*Auberi. l. c. Eembo in ep. l. 7. 10. Eg 16. in hist.*

Quartus denique erat Bernardus Tar-latus, alias Bibienna de Unca seu Divitius cognominatus, Constantiæ in Normannia Episcopus. Referunt nonnulli Scriptores, quod is ex clarissima olim apud Aretinos Tarlatorum familia Bibiennæ ortum traxerit: verum ex quadam Leon-Garimb. l. 1. nis X. epistola comperimus, hunc obscu-ro genere natum nonnisi meritorum suffragio ad dignitatum apices evectum. Is annum agens ætatis decimum Florentiam missus est, ut literis institueretur, ubi tam luculenta eruditionis suæ specimina edidit, ut in Palatium ac familiam Lau-rentii

rentii Medicæi introductus, eidem ab Secul. XVI.  
 Epistolis esset, qui etiam Joannem Me- A.C. 1520.  
 dicæum suum Filium, cum ab Innocentio  
 VIII. in Cardinalium Collegium adhuc  
 adolescens esset adscitus, Bernardi cura  
 ac obsequio tradidit, quo munere Bern-  
 ardus Bibienna tam præclare, tanquam  
 in Medicæam familiam propensione fun-  
 gebatur, ut idem Cardinalis postea in  
 Romanum Pontificem sub nomine Leonis  
 X. electus, illum anno supra millesimum Guice. l. II.  
 quingentesimo decimo tertio mense Se- & 12.  
 ptembri Cardinalem tit. S. Mariæ in por- Paul. Jov.  
 ticu crearet, illumque etiam ad promul- in elog.  
 gandum sacrum bellum adversus Turcas  
 in Franciam Legatum decerneret, ubi  
 Parisiis ingenti pompa exceptus, Fran-  
 ciscum I. ad hanc expeditionem contra  
 Infideles valde propensum cognoverat,  
 ut appareat ex quadam hujus Legati ad  
 Cardinalem Medicæum Epistola, quam  
 Belleforestus gallice reddidit; in ea enim  
 Galliarum Rex quadraginta armatorum  
 millia suppeditare eisque ipsius præesse  
 pollicebatur: id ipsum etiam effectui de-  
 disset, nisi tum sinistris Papæ, & Cardi-  
 nalis Medicæi suspicionibus ac secretis  
 contra Franciam consiliis tam pia confi-  
 lia effectu suo frustrata fuissent.

Bernardus Bibienna mala, quæ ex  
 improvida hac agendi ratione fecutura  
 O o 3 essent,

Sæcul.XVI essent, probe prospiciens, acriori styla  
 A.C. 1520. hac super re Romanam perfcripsit, quæ sua  
 licet æqua agendi libertas eidem funesta  
 accidit; quippe integra valetudine Ro-  
 manum perveniens paulo post nona Novem-  
 bris anno millesimo quingentesimo vigesimo  
 quinquaginta annos natus e vita ex-  
 cefit. Referunt nonnulli, Bernardum  
 veneno (ut putat Paulus Jovius) ex fri-  
 xis ovis hausto extinctum fuisse (\*) non  
 sine ingenti Regis luctu, eoquod hunc  
 Cardinalem magno in pretio haberet; ex  
 quo exigua prorsus Guicciardini sinceri-  
 tas

---

(\*) Non ideo Bibienna Pontificis indigna-  
 tionem incurrebat, quod Leoni commentitiam  
 illam imprudentiam objecisset, sed ea ex ratio-  
 ne, quod ex Galliis redux *intempestiva ambitio-*  
*ne ad Pontificatum aspirasset*, si Leo vita exce-  
 deret, quod ei Rex Galliarum ex prolixa polli-  
 citatione suffragaturus crederetur, calumnia au-  
 rem est, ex vindictæ cupidine (ut Continuator  
 insinuat) venenum fuisse propinatum, id unice  
 verum est, quod Cardinalis hanc suspicionem  
 intime imbiberit, nam tabifico veneno ex frixis  
 ovis de manu in mensa porrexit se petitum existi-  
 mabat, *SUSPICIOSIUS QUAM DECE-  
 BAT*, inani certe arguento, quod insignium  
 medicorum, qui nulla veneni sumptu vestigia de-  
 prehendissent, etiamsi iterata atque exquisita re-  
 media minime profecissent. Ita Ciaconius, Ge-  
 orgius Egg, & alii.

tas proditur, qui Bernardum Bibiennam  
 Gallis minus addictum fuisse scripsit. Te-  
 stamento jussit corpus suum ad Laureta-  
 nam Domum, cuius erat Protector, de-  
 duci, atque in Sacello B. Virginis sepeliri:  
 post obitum tamen sepultus est in æde S.  
 Mariæ de Aracæli, ubi ejus epitaphium  
 legitur, quod illius Nepotes insculpi cu-  
 rarunt. Posteris reliquit **Cardinalis** hic  
 quædam opuscula versibus conscripta.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1520.

### §. XCVII.

#### *Gaufredi Bouffardi obitus.*

**H**orum Cardinalium fatis merito accen- *Miræus de*  
 sendi sunt tres alii Scriptores Eccle- *Script. Sœ-*  
 siastici eodem hoc anno vita functi. Ho- *cul. XVI.*  
 rum primus est Geofridus seu *Duboullai*  
*Bouffardus* patria Cenomanensis Theo- *hist. Univer-*  
*logiæ Doctor, ac Parisiensis Scholæ Can-* *Paris. t. 6.*  
*cellarius. Is anno Christi millesimo qua-* *Launoi hist.*  
*dringentesimo quinquagesimo sexto ad* *Navar.*  
*Navarræ Collegium, ut literis institue-*  
*retur, decimum septimum ætatis agens* *Du Pin Bibl.*  
*mittebatur, atque ibidem anno Domini* *Scrip. XVI.*  
*millesimo quadringentesimo octogesimo* *Sæcul. p. 94.*  
*nono Doctoratus Laurea insignitus, uti-* *La Croix du*  
*lem prorsus operam navabat edendis ve-* *Maine Bibl.*  
*teribus Scriptoribus, uti sunt Historia Ec-* *Franc.*  
*clesiastica Rufini, & expositio in D. Pau-*  
*lum, quæ Ven. Bedæ adscribitur. Dein*  
*O o 4 ipsus*